



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

1. Dies Decemb. Omnes nobis causamur deesse Gratiam: sed justius
forsan ipsa sibi queratur Gratiæ deesse nonnullos. S. Bernard. serm. de
trip. custod.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

vemb.
at com.
tempo-
distant,
d decies
s, quam
im om-
ut pol-
erit, ob-
uid per-
etum aut
magnus
is deca-
id lefe-
aut He-
nosfro-
luritare
tas, ut
quæ tor-
præmia
ue, num-
ternum
aut de-
torati
n tibi ut
deat, ve-
a) Om-
yriades
ætema
ut apex
mod
oppig-

Novemb.

Tessera.

959

oppignoratum tibi cœlesti promissio annum centesimum, sed hac lege, ut in ejus ævi sustentationem, nihil sis habiturus, nisi quod horæ unius spatio ex aperitis potentissimi Principis expromptum thesauris, repositurus sis. Fingamus si mavis, unam divinitus tibi horam concedi, postquam, item divinitus noveris, mundum, & te cum illo peritum: horam illam te quæso quām avarè, ardenter, quā rapiditate insumperis: & torpemus cæci, & inertes, in nostra meliori causa, nihil in tota messum æternitate, nisi cujus brevi nunc vitæ hora sementem fecerimus. Evigilemus tandem, & aliquid sobrii consilii ineamus? seriùs, ocy-
us, ubi præcessit culpa, sequetur Pœna.

I. DIES DECEMB.

Omnis nobis causamur deesse Gratiam: sed justius
forsitan ipsa sibi queratur Gratiae deesse nonnullos.
S. Bernard. serm. de trip. custod.

Libertas I.
hominis.

Tacitis paulatim mēsibus, annus
præcipitat ad occasum; & vita
nostra cum illis ad sepulchrum.
Tempus adhuc nobis est accep-
tabile; quia possunt opera nostra esse Deo accepta.
Non erunt porrò accepta, nisi fuerint cū Gratia ejus
incepta, & cum eadem obsoluta. Ut sint talia, non no-
bis deest Gratia; laborandum nobis est, ne nos desi-
mus Gratiae. Ne illi nos desimus, in nostrâ est potesta-
te, quia fruimur arbitrii nostri plenâ libertate. Iraque
liberti

960 *Christiani Militis* Decemb.
liberi arbitrii, & voluntatis tuæ Domintis es, etiam
ad malum Animæ ; non eo fine ut malum sequaris,
sed eo potius, ut malum fugias. Voluit Deus, te pec-
care posse; ut tibi meritum sit, non peccasse. Non
culpaberis, quia potes : coronaberis, quia potuisti,
& non es transgressor. Velles fortasse naturâ impe-
cabilis esse ? velles igitur Deus esse, vel nullus esse,
posse peccatum? si nulla posset esse miseria; nec Deus,
cui proprium est misereri, posset esse misericors. Di-
splicetnè tibi , quod Deus gratiam præstare valeat,
& velit ? si gratiam malles esse debitum, ingratuus es,
gratiam non agnoscis. At nequeunt peccare bruta;
scio: sed nec honestè agerè; ideo bruta sunt. Ani-
lè te habet , quod possis malum à bono discernere?
Hoc Deus potest, quid inde mali ?

II. Quod ad malum te sentis pronum, pœnata-
cati est : habes gratiam , quâ pronitati resistas. Si
necessitate ad malum iapereris, esset vel querela, vel
excusationi locus. Nunc per gratiam in potestate
tua est, malum fugere ; quid quereris ? Malles im-
poni tibi à Deo non peccandi necessitatem ? Intelligo
putas Deum aut sapientem non fuisse , aut aliter lo-
pere debuisse. Sapientia Dei hoc statuit. Sed nifi
rectè utaris libertate, jam gravissimæ subjectus es
servituti. Sic libertas libertate perit. Est hæc mens
Publii : *Beneficium accipere, est libertatem vendre.*
Inter homines, id est solenne. Contrà : à Deo be-
neficium accipere, est libertatem emere. Tollitur
hæc libertas abusu arbitrii liberi. Est adagium : *Pug-
nantibus molitoribus vafarina.* Væ navi, in quâ nau-
tæ, vectoresque rixantur, aut quæ in partes , ac tabu-
las dissolvitur. Væ curru, cuius aurigam equi non
ferunt !

ferunt! Væ corpori, in quo morbi, in quo quatuor qualitatum discordia, in quo membra in ventrem, velut pigrum, & voracem insurgunt! Ita vae Gratiae, & libertati, ubi homo superior, & inferior digladiantur, & affectus inter se divisi altercantur; vel tollerunt, vel minuentur: sed illius jactura tam penitus habetur, ut parum carent passim homines, si Anima sordeat, modò corpus fulgeat. Deplorabat olim D. Bernardus, suæ ætatis corruptelam; ac præfertim res sacras, profanis probrosissimè postponit; & tandem addit: *Plus calcaria, quam Altaria fulgent.* Nonne ad illius dicti similitudinem quis vere afferat; Plus cænum, quam cœlum; plus haræ, quam Aræ; plus vitiorum propudia, quam virtutum decora estimantur?

III. Est juris Pontificii effatum: (a) *Hoc capit fiscus, quod non capit Christus.* Sic peribis, nisi dederis Christo, quod debetur Christo: quia hoc capit Avernum, quod non capit Olympus. Necesse est, pereas, nisi Deo pareas. Constatibit tibi nimis cardo, si nimis ubi charas sit caro. Mater, quæ nimis est benigna, sit novæca. Sic nimia in carnem indulgentia, non est amor matris, sed odium novæcae. Ut porro Athima & novæcae, & matris exerceat munus, egregie explicat S. Zenos serm. 4. ad Neophytes: (a) *O bona matris charitas diversos genere, fatigata, conditione, suscipiens, necat odio criminum, ut novæca; pia servat, ut mater; necat quoque non ante vivificat, quam omne virnus vetustatis extinguat.* Hic prius doleas, ut postea gaudeas; in terris spinæ, in cœlis rosæ; adhuc es in area; oportet ergo flendo mittere semina, ut po-

Pars III.

P pp

stea

(a) *C. Majores 16. quæst. 7. (b) Serm. 4.*

962. Christiani Militis Decem

stea cum exultatione portes manipulos: esto solitus, & tristis, dum venerit tempus messis. Sicut hoc ipsum gaucis D. Augustinus: (a) *Gemeinatus gaudet in horreo.* Talia sequentur in cælis præ qualia præcesserunt in terris opera. Quilibet suorum operum est filius; quia, nimirum illorum haec est legitimus. Si sis ambitiosus honoris, eris in honore quia opera, quibus aspiras ad honorem, sunt in honore. Ideò honor non est dignus, qui honor quærit, sed quem honor quærit. Verissime ergo Augustinus: (b) *Honore quarere debet, non ipsum.* Manes semper homo, hoc est, æquè viles, etiam in honore excelsior aliis hominibus: *Simia collo aurum gestans, adhuc est simia; et asinus talenta gestans, adhuc more suo rudit;* ut Gregorius Nazianzenus in carmine ad Nicobulum:

Aurum asinus gestans, plus non est corpore præfatus.

2. DIES DECEMB.

Satis est Domine, satis est. Xaverius.

S. Xaverii I.
laus.

Satis est, vox est non adveniens in terris, sed incolæ in cælis. A quo unquam Monarchâ, audita est hæc vox Xaveriana? Quis unquam par Cræso, inter divitias; Alexandro, inter victorias; Augusto, inter honores; Pompeio, inter triumphos; Cæsari, inter dignitates; Hannibali, inter trophæas? quis denique fuit tam fortunatus pullus fortuna, ut pronuntiaverit illas binas voculas, Satis est? Sed licet Xaverio satis fuerit gaudiorum; nunquam tamen satis laborum. Quis unquam aut obeundit

(a) *Sorm. 254. de comp.* (b) *Hom. 13. § 10.*